Item quoniam inter excelsa predicamenta glorie sacri domus Aragonum est studium sapientiae quae maxime fulget in omnibus regnis eiusdem, quia a Deo immortalis data est magnis regibus, ideo dignetur Sua Serenissima Maestas ad eternam memoriam sui nominis et ad immortalitatem quamdam studiorum sapientie ut prospere regantur urbes regna concedere eidem civitati Messane et collegio doctorum privilegium legendi, doctorandi, examinandi, approbandi et alia faciendi quae spectant ad generalia studia Italiae et amplius et perfectius et melius sit hic privilegium quam alia que fuerint concessa per retro-principes, quod tales qui doctorabuntur in dicto studio Messane concurrunt ad omnes et quascumque dignitates et iudicia ac gubernationes prout sunt doctores qui doctorantur in studiis generalibus Italiae.

Placet Regie Maestati

Unde ad instantiam Io: Donato Sindaci pro eo comparente Hyacinto Saccarelli sollicitatore facta est presens fides Messanae die 26. iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630-

Fides Sylverii Lucchisi /

- c. 36r Est sciendum qualiter inter alia contenta in quodam regio privilegio felicis recordationis regis Philippi Secundi datum apud coenobium regium Beati Laurentii die XXI<sup>o</sup>. mensis octobris 1591, registrato in libro magno privilegiorum conservato in arcio Illustrissimi Senatus nobilis urbis Messanae, extat infrascrittum capitulum cuius tenor est ut infra sequitur, videlicet:

Sexto, perché tra l'altre domande anco in ditta offerta di scudi cinquecento milia contente essa città di Messina domanda confirmazione dilli privilegii che dice teneri di potersi in quella città teneri studii publici con darsi il grado di doctore in tutte le scienze et facultati per le quali

si dà in altri studii publici grado di doctore et anco in tutto l'antedetto per novo privilegio lo dimanda da Sua Maestà nel modo et forma che diffisamente [*sic*] in detta petitione si contiene, si ha concertato et appuntato che Sua Maestà conferme il privilegio o privilegii che la città tiene di potere teneri li studii in essa città et di poteri doctorari et donare il grado di doctore in tutte le scientie [et] professioni che si leggiranno nelli studii sudetti come si fa nelli altri studii di Italia, et per mantenere le spesi di detti studii per salarii di lectors, et ministri di quello, / havendo effecto la presente concordia, Sua Maestà permette che la città di Messina con il suo consiglio ordinario possi imponeri una gabella di tari uno per salma di frumento et farine che entrirà in detta città si come al presente sta imposta per lo resarcimento delli interesse di fromenti della città, quale gabella si impone- rà quando haverà effecto la presente concordia et la città introdurrà ditti publici studii et l'intrate di quella non si possono erogari per altro effecto, spesa ne causa, fondandosi detti publici studii in questa città ipso iure cessino et siano extincti tutti li salarii et annue pensione che essa città sia [*scil. si ha*] costituita insino al presente per manteneri lectors et far leggere in questa città diverse sorte di scientie et in caso che per alcun successo di tempi accadesse che detti studii publici si stabissiro in questa città poi si dismettissiro in tal caso ipso iure et ipso facto si intenda detta gabella di tari uno per salma extinta et abolita ne si possa più essigeri.

c. 36v

Unde ad instantiam Ioannis Donato syndaci pro eo com-  
parente Hyachinto Saccarelli sollicitatore fatta est presens  
fides Messane die 26 iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630-  
Fides Silverii Lucchisi c.s. /

c. 37r Bulla Sanctitatis Domini Nostri Pauli Papae III de erectione  
studii generalis messanensis  
Carolus et Ioanna etc.  
Dominus Ioannes etc.  
Vicerex in regno Siciliae Reverendissimis, Reverendis et  
Venerabilibus regni eiusdem Archiepiscopis, Episcopis,  
Abbatibus et Prioribus et signanter Reverendissimo Ar-  
chiepiscopo nobilis civitatis Messane eiusque Reverendo

in spiritualibus Vicario ceteris demum personis ecclesiasticis in quacumque dignitate constitutis et constituendis, Illustribus Spettabilibus Magnificis et Nobilibus dicti regni Magistro Iusticiario ceterisque in officio regio locumtenenti, Iudicibus Magnae Regiae Curiae, Magistris Rationalibus, Thesaurario et Conservatori Regii Patrimonii, Advocatis quoque et Procuratoribus fiscalibus omnibusque aliis officialibus presentibus et futuris ac etiam Straticoto armorumque Capitaneo eiusdem nobilis civitatis Messane, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, et omnibus aliis personis regni ipsius cui vel quibus presentes quomodolibet fuerint presentate, Oratoriis, Consiliariis, et fidelibus regiis dilectis salutem. Recipimus quasdam apostolicas bullas ad instantiam civitatis et universitatis nobilis civitatis Messane omni, qua debet sollemniter expeditas cum cordula canapi bullaque plumbea impendenti munitas, una cum eorum fulminato processu datum Romae die 12. mensis februarii 7<sup>e</sup>. indictionis 1549. anno nativitate Domini / quarum quidem bullarum tenor talis est: Paulus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Rosiani et episcopo Saluciani ac dilecto filio vicario venerabilis fratris nostris Archiepiscopo Messane in spiritualibus generali salutem et apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt litteras tenoris subsequens: Paulus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Copiosus in misericordia Dominus, et in cunctis suis operibus gloriosus a quo omnia bona afficiunt ad hoc nobis licet inemeritis suae sponsae universalis ecclesiae regimen committere et nostre debilitatis iugum apostolice servitutis imponere voluit ut tamquam de summo vertice huiusmodi ad infima deflectentes intuitum quid pro huiusmodi illustrando ecclesiam ad fidei orthodoxae progationem conferat quid status fidelium quomodolibet conveniat attendi, ne prospiciamus et quibuslibet a fidelibus ipsis profugatis ignorantiae tenebris illi per donum sapientiae, in via mandatorum Domini conserventur solertium attendentes eos ad querenda litterarum studia per que militantis ecclesiae respublica geritur divini nominis verius et fidei cultus protenditur omnisque prosperitatis humane conditio augetur nostre sollicitudinis optimis aposto-

- c. 38r  
licisque favoribus propensius excitemus sane pro parte dilettorum / filiorum nobilis viri Ioannis de Vega proregis regni Siciliae ultra pharum nec non communitatis civitatis Messane nobis nuper exhibita petitio continebat quod dudum post quam ipsi cupientes incolis et habitatoribus dicte civitatis ac aliorum locorum dicti regni, tam circa vitae, ac morum probitate quam circa lumen et claritatem scientiarum pro fide pietateque christiana illustrando et conservando ac eiusdem civitatis ornatu et decore consulere nonnullos ex dilectis filiis sociis societatis de Iesu nuncupate per nos dudum in alma urbe constitute, et confirmate moribus vita et scientia comprobatos viros ad eandem civitatem transmitti obtinuerunt provide considerantes piis dittorum sociorum laboribus maxime in dicta civitate in moribus ne doctrina tam latinae ac hebraice linguarum quam artium liberalium ac sacre scripture, et scolasticae, que quidem disciplinae continuis et fructuosis lectionibus per eosdem socios in quodam collegio dudum ad id per dictum Ioannem Proregem et communitatem in dicta civitate constituto et postea per nos erecto laudabiliter ad Dei gloriam et honorem interpretantur et leguntur fructum prevenire dittamque civitatem quae inter alias ditti regni civitates precelebris et valde insignis ac habitationibus et omnibus ad victum necessariis abundans reputatur ita commode / sitam existere et non solum siculi sed etiam ducatus Calabriae et regni Grece, et locorum aliorum maritimorum incole ad inibi operam litteris impendendum et virtuti studendum convenire facile et commode possent salubrem et gratam veris temperiem omniaque alia ad universitates studii generalis requisita inesse et propterea existimantes communitatem ipsam si in dicta civitate studium generale veluti fons quidam omnium scientiarum honestatum constitueret qui a piis et doctis viris dicte Societatis pure et sine ulla haeresum aut aliorum errorum admissione communicetur maius profecto decus et maiorem spiritualem fructum petitorum civitatis et locorum ad fidei et religionis defensionem et progationem esse consequuturam in dicta civitate universitatem generalis studii in quo unus Rector qui etiam illius Cancellarius et universitatis ac collegii predittorum Rector esse possit et alii officiales ac alia
- c. 38v

- omnia ad universitatem predictam regendam honorandam et manutenendam et prout in aliis generalium studiorum universitatibus esse solent congruenti numero, existant et in qua cathedra diversarum lectionum et scientiarum
- c. 39r ex propriis bonis dittoꝝ communitatis / dotate et omne litterarum genus ac omnium disciplinarum scientiae interpretari et publice legi possent cum arca et sigillo communibus et aliis ad similem universitatem necessariis erigi et institui summopere cupiant quare pro parte dittoꝝ Ioannis Proregis et Communitatis nobis fuit humiliter supplicatum ac in dicta civitate generalis studii universitatem huiusmodi ut prefertur erigere et instituere ac alias in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod ex litterarum studio animarum saluti consulitur et alia spiritualia et temporalia commoda morum opera veniunt pium desiderium Ioannis Proregis et communitatis huiusmodi plurimum in Domino commendantes ac quemlibet ex Ioanne Prorege et communitate predictis a quibusvis executionis suspensionis et interditti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa lates et quibus quomodolibet innodatis existunt ad effectum presentium dumtaxat consequeri harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati in civitate predicta universitatem generalis studii huiusmodi in qua unus Rector per Prepositum generalem dictae Societatis pro tempore existentem deputandus, / qui etiam
- c. 39v illius Cancellarius et universitatis ac collegii predictoꝝ Rector esse possit et alii officiales opportuni et pro ut in quolibet ex Bononiens et Parisiens ac Salmaticens et aliis universitatibus generalium studiorum esse consueverunt in convenienti numero existunt et in qua cathedra stipendiis dittoꝝ communitatis constitui interpretari et legi ac doctoratus magisterii licentiaura baccalaurea laureatus etsi qui alii sunt gradus morum quarumcumque aliarum universitatum generalium studiorum scholaribus et personis idoneis per examen repertis absque alicuius licentia impendi et offerri possint cum collegiis domibus aedificiis officinis et viis cameris, cortilibus, divisionibus et locis ad legendum et exercendum aptis et aliis neces-

sariis auctoritate apostolica tenore presentem erigimus et instituimus ac eidem universitati sic erecte et institute pro illius date et doctorum magistrorum et aliorum inibi legentium stipendio et substentatione omnia et singula bona et annuos redditus per dominum Ioannem Proregem et communitatem ad id assignanda et deputanda et tam per episcopos quam per quascumque alias personas privatim seu communiter donanda, legenda et relinquenda postquam assignata, deputata, donata, et relicta fuerint

c. 40r appropriamus / et applicamus nec non doctoribus magistris et aliis in dicta civitate cuiuslibet disciplinae professoribus et auditoribus in matricula ipsius universitatis pro tempore descriptis et existentibus etiam si in eadem universitatem per unum annum integrum non legerint, aut studuerint ac aliis ministris rebus et bonis quibuscumque dicte universitatis pro tempore existentibus quod omnibus et singulis privilegiis concessoribus favoribus, facultatibus exemptionibus immunitatibus indultis et gratiis tam spiritualibus quam temporalibus quibus bononiens, parisiens, salmaticens et aliorum generalium studiorum universitatum huiusmodi ubilibet consistere rectores, doctores magistri licentiati bacchalaarii et alii scholastici ac familiares, et bona quecumque ex concessionibus apostolica et imperiali vel alias quomodolibet in genere tam concessis utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt in futurum, ipsi quoque rector, doctores, magistri, licentiati, bacchalaarii, scolastici, officiales, ministri res et bona quecumque ditte universitatis eque principali et absque ulla penitus diffirentie in omnibus et per omnia proinde ac si illa eis specialiter et specificè concessa fuissent ac doctores, magistri, licentiati, baccalaurei predicti in bononiens aut / parisiens seu salmaticens vel aliis universitatibus predittis gradus suscepissent et studuissent, et legissent uti, potiri et gaudere ipsique societas vel alius Prepositus quecumque statuta et ordinationes felix regimen et salubrem directionem ditte universitatis concernentia licita tamen et honesta quae post quam facta, alterata, mutata aut de novo condita fuerint eo tempore apostolica auctoritate preditta approbata et confirmata sint et esse censeantur et quoties eis excedere videbitur alterare et mutare libere et licere

c. 40v

valeant auctoritate apostolica et tenore predictis de spiciali gratia indulgemus tuaque universitatem in rectoris et officialium ac aliorum premissorum constitutione et amotione nec non lectionum et rectorum numero et qualitate ac gratiarum et concessionum communicatione et restitutione et demum in omnibus aliis regimini et administrationi societatis, vel illius prepositi huiusmodi qui per rectorem ibi constitutum vel si quem alium ad id miserint predictam universitatem administrent et regnant eisdem auctoritate et tenore subiicimus decernentes presentes litteras ex quavis causa subreptionis vel obreptionis aut nullitatis / vitio seu intentionis defectu notari vel impugnari nullatenus posset sed validas et efficaces existere suosque plenarios effectus sortiri debere ac super quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus aut aliis quibusvis concessionibus etiam per nos et Romanum Pontificem pro tempore existentem quomodolibet pro tempore factis et concessis minime comprehendi sed ab illis prorsus exceptas existere et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas esse. et censi et sic pro quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fuorgentes et causa nostri Palatii Apostolici auditores sublata eis et eorum cuilibet quavis alter iudicandi et interpretandi facultate debere irritum quoque et inane si secus super iis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignorantur contingerit attentari non obstantibus apostolicis ac in provincialibus et synodalibus consiliis editis generalibus vel spiritualibus constitutionibus et ordinationibus nec non privilegiis indultis et litteris apostolicis etiam cathaniens ac predictis bononiens, parisiens et salmaticens et aliis universitatibus studiorum generalium per quorumcumque / romanos pontifices et predecessores nostros et nos et sedem apostolicam sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliis efficacioribus et insolitis clausulis irritantibus et aliis decretis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eo-

rumque totis tenoribus spiritualibus specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quae vis alia expressio habenda aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret et in eis caveatur expresse illis nullatenus derogari possit tenore huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus ommissio et forma in illis tradita, observata, inserta foret presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ac vice dumtaxat harum specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vestre absolutionis erectionis institutionis appropriationis, applicationis indulti subiectionis decreti et derogationis infringere vel

c. 42r ei auso / temario [*sic*] contra ire si quis autem hoc attentare presumpserit indignorum omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se novit incursum datum Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae 1548. sexto decimo kalendas decembris Pontificatus nostri anno quinto decimo. Quo circa discretioni vestrae pro Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alias preinsertas litteras et in eis contenta quaecumque ubi et quando expediens fuerit ac quoties pro parte Ioannis Proregis et communitatis predittorum vel alicuius eorum desuper fueritis requisiti requisiti [*sic*] sollempniter publicantes eis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nostra litteras et in eis contenta huiusmodi plenum effectum sortiri ac ab omnibus inviolabiliter observari ut singulos quos ipse littere concernunt illis specificè fuit et gaudere permittentibus eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari contradictores, quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis non obstantibus ac felicitis recordationis Bonifatii Papae Ottavi praedecessoris nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem / vel diocesim, nisi incertis exceptis casibus et illis ultra unam dietam a finibus diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a ditta sede deputati extra civitatem vel

c. 42v

diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut aliis vel alii acies suas committere presumant ac de duobus dietis in consilio generali edita dum domo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad iudicium non trahatur ac aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque seu si aliquibus communiter vel divisim ab eodem sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quadragesimo ottavo sexdecimo kalendas decembris pontificatus nostri anno quintodecimo Ioannes Miles pro referendario Ioannes Baptista de Bernardis marchesanus, P. de militis, et volentes nos apostolicis scriptis, ut aequum est conformes reddere cum ex parte magnificorum iuratorum et syndici civitatis Cathaniae fuisset nobis porrecta supplicatio quod concedantur exequutoriae / cuiusdam apostolici rescripti ad eiusdem universitatis civitatis Cathaniae petitionem obtenti inhibitorii, et quod super sederet in exequutione rescriptorum ad preditte universitatis Messanae instantiam impetratorum quae supplicatio fuit per nos commissa specttabili Regio Consiliario fisci patrono causarum patrimonialium videnda et referenda, qua relatione ab eo habita fuit per nos provisum quod expendiantur exequutorie, rescriptorum utriusque partis salvis iuribus illorum coram delegatis subvisione ipsium specttabili fisci patroni regii patrimonii prout in dorso ditte supplicationis decretarum die duodecimo mensis decembris proximi elapsi octavo idus instantes appelli propterea vos officiales et personas spirituales requirimus et attente hortamur, vobisque vero temporalibus dicimus et mandamus expresse quatenus prae insertas litteras apostolicas bullas una cum precalendato fulminato processu, non obstante lapsu anni infra quem debebat exequutoriam iuxta regni capitulum cui per hac dumtaxat vice tantum dispensamus ex quo causa impedimenti efficit supradictum litigium ad unguem exequamini compleatis et observatis et exequi / compleri et inviolabiliter observari per quos decet faciatis iuxta earum seriem con-

inentiam et tenorem pleniorum salvis iuribus utriusque partis coram delegatos allegandis et causatis a secus agendo aut fieri promittendo ratione aliqua sive causa pro quanto vos speciales gratiam cesaream coram habitae vosque vero temporales quibus poena imponi post sub pena ducatorum mille fisco regio applicanda. Datum Panormi die 14 mensis Aprilis 1550.

Ioannes Vega

Dominus Vicerex mandavit mihi Francisco de Aurello vim per thesaurarium et montes a fisci patrono registrata etc. trugliari registrata de santa martha.

Presententur et exequantur salvis privilegiis semper

+ Petrus de Benedittis	+ Franciscus Merulla
+ Hyeronimus Romanus	+ Philippus Mollica
+ Benardo Rizzo	+ Io: Mattheus de Alessi

Presentatur in officio Spectabilium Iuratorum nobilis urbis Messane Die XXI<sup>o</sup>. Aprilis 1550. de mandato omnium spectabilium Dominorum Iuratorum dictae urbis cum voto admodum magnifici D. Thomasio Campulo consultoris fuit apposita presentatio salvo semper [...] et fuit mandatus quod exequantur in forma.

Mattheus Casalaina Secretarius

[Privilegi e capitoli relativi alla giurisdizione]

c. 44r Est sciendum qualiter inter alia contenta in quodam regio privilegio regis Rogerii datum in urbe Panormi die XV<sup>o</sup>. maii 1129, registrato in libro magno privilegiorum f<sup>o</sup>. 4., conservato in arcio Illustrissimi Senatus nobilis urbis Messane, extat infrascrittum capitulum cuius tenor est ut infra sequitur, videlicet:

Addicimus etiam quod regia auctoritas non utatur ibidem nec contra eosdem absoluta potestate sed legibus ordinata quam ex nunc legibus et iusticia moderamus quodque nunquam fiat ordinatio, mandatum vel scriptura que sit contra ius, statuta, constitutiones, mores, consuetudines [*sic*] privilegia dictae civitatis, et si fieri contigat nulli executioni mandetur donec fuerit per iustitiam moderatum. Unde ad instantiam Ioannis Donato syndaci pro eo comparente Hyachinto Saccarelli sollicitatore urbis facta est

presens fides Messanae die 26. iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630-  
Fides Silverii Lucchisi  
collatione salva

c. 44v *bianca*

c. 45r Est sciendum qualiter inter alia contenta in quodam regio privilegio regis Manfredi, datum in Castro Nole die 4<sup>o</sup>. iulii 1272, registrato in libro magno privilegiorum, conservato in arcio Illustrissimi Senatus nobilis urbis Messane, extat infrascrittum capitulum cuius tenor est ut infra sequitur, videlicet:

Etsi contigat vobis aut vestris imposterum successoribus in eodem officio mandatum fieri quod esset contra ius, privilegia, consuetudines aut constituttiones dittae civitatis, illud non exequamini nec exequatur nisi fuerit primo per iusticiam reguletur.

Unde ad instantiam Ioannis Donato syndaci et pro eo comparente Hyachinto Saccarelli sollicitatore facta est presens fides Messane die 26. iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630. Fides Sylverii Lucchisi  
collatione salva

c. 45v Est sciendum qualiter inter alia contenta in quodam regio privilegio regis Manfredi datum in Castro Nole die 4<sup>o</sup>. iulii 1272., registrato in libro magno privilegiorum conservato in arcio Illustrissimi Senatus nobilis urbis Messane, extat infrascrittum capitulum cuius tenor est ut infra sequitur, videlicet:

Etsi contigat mandatum fieri quod a iure constituttionibus vel consuetudinibus dittae civitatis exorbitet, illud exequi non potest donec per iustitiam reguletur.

Unde ad instantiam Ioannis Donato syndaci pro eo comparente Hyachinto Saccarelli sollicitatore facta est presens fides Messanae die 26. iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630 -  
Fides Sylverii Lucchisi  
collatione salva

c. 46r Alphonsus rex

Item che li iudici di Messina li quali haveranno ad conuxiri si li ditti comandamenti siano contra li regii privilegii della ditta citati siano tenuti ad requisitione della ditta

universitati sub pena di florini milli regia cammere applicandi fare la ditta dechiaratione -

Placet Regie Maiestati quod dicti iudices teneantur declarare si dicta mandata fuerint contra privilegia necne!

Datum Messane die 22. novembris 3<sup>e</sup> indictionis 1432.

Rex Alphonsus

c. 46v *bianca*

c. 47r Ioannes rex

Item che li iudici di la curtì di Messina digiano infra termino di giorni otto tutti quelle littere, provisioni, communicationi, comandamenti, o altri rescritti, causi di cittatini, concittatini tanto concernenti che si allega per alcuna delle parti essere contra li privilegii declarandi si o di no sub pena di onze 100- d'applicarsi, et exequirsi, ut supra, et che per tale declaratione non si digiano prendere eccetto 3. carlini pro uno sub eadem pena.

Placet

Datum in nobile urbe Messane die VI<sup>o</sup>. augusti 8<sup>e</sup> indictionis 1460.

c. 47v *bianca*

c. 48r Philippus III<sup>us</sup> rex

Item por que la dicha ciudad tiene privilegio particular del rey Ioan sobre que los iueczes estraticotiales ayan de declarar dentro de ocho dias los dichos contra privilejos, y ultimamente se ha pretendido innovar en esto en prejuye de la dicha ciudad, por tanto supplica a Vuestra Maestad mande declarar que el dicho termino de ocho dias sea peremptorio y improrogable, y que el elogio y interloquia y reducion ad pristinum se haga en la fuerma, y manera que hasta aqui se hà hecho sin novedad alguna. Su Maestad manda que el virrey en a quel reyno no pueda prorogar el termino de los ocho dias que estan stipulados para que dentro dellos se fenezcan, y cabern los elogios y declarationes de los dichos contraprivilegios.

Yo el Rey

Datum in Aranjuez die XV<sup>o</sup>. maii 1616.

c. 48v *bianca*

c. 49r Philippus etc.

et ideo ex certa scientia deliberate, et consulte, ac ex gratia speciali sacrii ac supremi nostri consilii accedente

deliberatione privilegia preditta civitatis Messane omnia et singula in ea contenta a prima linea usque ad ultimam de verbo ad verbum, prout iacent singula singulis referendo confirmamus, laudamus, rathificamus et approbamus, plenissimeque pro confirmatis, rathificatis et approbatis hodie censerim volumus, et declaramus omni dubio, et difficultate cessantibus, universoque nostro regio munimine, et plenitudine regia predittis roboramus, et validamus, et omni futuro tempore valida, firmaque sint, et penitus habeantur.

Datum apud coenobium regium Beati Laurentii die 21. octobris anno Domini 1595 -

Yo el Rey -

c. 49v *bianca*

c. 50r Philippus 4.<sup>s</sup> Rex

Primiariamente supplica la dicha ciudad que vuestra Magestad le mande confirmar sus privilejos com[...] y de la manera, que al rey nuestro señor, que està en el cielo mandò confirm[ar] en el privilejo dado en San Lorenzo – a 21. di ottobre de 1591 –, cuio tenor havido qui por insertos, y expressado, como si se inserierà de verbo ad verbum Vuestra Magestad le confirmi como los de mas -

Placet Suae Catholicae Maiestatis

Datum Madrid die V<sup>o</sup>. septembris 1622.

Yo el Rey /

c. 50v *bianca*

c. 51r

+

Est sciendum qualiter inter alia capitula contenta in libro capitulorum almi studii Messanensis extat infrascrittum capitulum X<sup>um</sup> tenoris sequentis, videlicet:

Che lo doctorando legista habbi mostrare o per testimonii degni di fedi, o per fede autentica haver studiato nelli studii et università publichi almeno per anni cinque nelli leggi, et canonico, li theologi per anni sei, cioè tre nell'arte, et tre nella theologia, et li medici almeno per anni sei, et non potendo per la lontananza del luogho, ove studiò mostrare il tempo del studio per testimonii o fede si remette al priore et promotori che si assigneranno chi vedano con ogni diligenza l'habiltà del doctorando -

Unde ad instantiam Hyachinti Zaccarelli agentis et sol-

licitatoris huius urbis facta est presens fides Messane die  
2. Augusti XIII<sup>e</sup> indictionis 1630.

Vincentius Celi magister notarius

*e più in basso, sul margine inferiore sinistro del foglio*

Stephanus Iordano pro Magistro Notaro /

c. 51v Cum Eulogio

Pro

U.I.D. D. Ioseph Crisafulli priore Collegii U.I.DD;

*e più in basso, sulla metà sinistra del foglio*

Don Franciscus Marquett

Don Marius Charybdi

U.I.D. Don Franciscus Maria Macri

c. 52r

+

Die XII Augusti XIII<sup>e</sup> indictionis 1630

Ex quo ad instantiam Ioannis Donato syndaci huius  
nobilis urbis Messane et U.I.D. Don Ioseph Crisafulli  
Prioris Almi Collegii U.I.DD. huius predittae urbis fuit  
facta infrascritta declaratio contra privilegii sive lata  
interlocutoria collegialiter tenoris sequentis, videlicet:  
Die secundo augusti XIII<sup>e</sup> indictionis 1630. Cum per U.I.D.  
Don Ioseph Crisafulli Priorem Almi Collegii Messanensis  
fuit factus actus allegationis contraprivilegia huius  
predittae urbis tenoris sequentis, videlicet: Die ottavo  
iulii XIII<sup>e</sup> indictionis 1630. U.I.D. Don Ioseph Crisafulli  
Prior Almi Collegii messanensis habens scientiam et  
notitiam de quibusdam litteris regiis datis Madrid die VI<sup>o</sup>  
februarii 1629. exequatis in regno die 22. eiusdem anni  
ut per litteras datas Panormi die 4<sup>o</sup> iulii sequentis eiusdem  
anni presentatis et exequatis in officio Illustrissimi Se-  
natus huius urbis die 13. iulii 1629. continentibus quod  
non possint studentes doctorari in omnibus scientiis et  
facultatibus nisi facta probatione per fidem matriculae et  
per testes et fidem lectorum publicorum copulative sub  
penis in dictis litteris contentis, quae littere de eorum  
natura non intelligantur nisi de futuro, nec etiam de  
studentibus, qui alibi studiis incumbunt ubi matricula  
non solet detineri et ubi doctores de facili non possunt  
facere eorum fides defectu matriculae quae littere quate-  
nus comprehendunt studentes de preterito usque ad  
diem presentationis dictarum litterarum, tam illos qui  
finierunt totum cursum quam pro parte et studentes qui

- alibi studuerunt et in futurum alibi studebunt, et in hanc urbem inde veniunt ad se doctorandos, et quatenus comprehendunt quod deficiente aliqua electione cursum omnium scientiarum ob defectum quod cum non sint
- c. 52v lettores non possunt / doctorari in dictis scientiis defectu fidei, et proquavis alia causa una cum omnibus inde sequentis et forte sequendis illas allegavit et allegat tendere contra regia privilegia huius urbis, bonos mores, usus et consuetudines deinde de mandato Illustrissimi Senatus, referente Thoma Candila portero, factus est presens actus unde etc. Martinus de Petropaulo secretarius collatione salva, et cum instantes Ioannes Donato syndacus et dominus U.I.D. Don Ioseph Crisafulli petiissent omnia processa in dicto actu contenta et per dominum de Crisafulli allegata declarare debere tendere contra regia privilegia huius predictae urbis una cum omnibus inde sequentis rationibus, iuribus et causis in eulogio compilato allegationibus et scripturis ad instantiam ipsius de Crisafulli Prioris factis. Idcirco Illustrissimus Senatus ad instantiam dominorum syndaci, et Crisafulli cum tractaretur de re magnae importantiae, ut maturius discutiat-ur negotium congregari fecit collegium dominorum doctorum dictae urbis in quo intervenerunt illustres domini U.I.DD. Don Franciscus Marquetti, Marius Charibdi, et Don Franciscus Maria Macri, iudices ordinarii huius nobilis urbis Messanae sui que districtus, regii delegati in declaratione contra privilegiorum ipsius urbis qui quidem illustres domini iudices, ac alii doctores de collegio discusso et examenato dicto negotio, ac visis pro etiam prius per dictos illustres iudices eulogio, et cum eulogio ipsius prioris et omnibus privilegiis et scripturis contentis collegialiter votaverunt pro ut infra sequitur votum dominorum iudicum regionum delegatorum etc. Iesus Maria Placidus die 2°. augusti XIII<sup>e</sup>. indictionis 1630. Rescribatur humillime Sacrae Catholicae Maiestati et interim quo ad omnia in actu allegationis contenta reducantur ad pristinum etc. + Don Franciscus Marquetti /
- c. 53r + Marius Chariddi + Don Franciscus Maria Macri Ideo illustrissimus dominus Don Didacus Zappatta de Cardines marchio Sancti Flori, regius straticotus, iusticiarius, armorum capitaneus huius nobilis urbis Messane sui que

districtus et illustres domini U.I.DD. Marius Charibdi, D. Franciscus Maria Macri, et Don Franciscus Marquetti iudices Regiae Curiae Straticotialis urbis et districtus eorundem litteras Sacrae Catholicae Maiestatis datas Madrid die VI<sup>o</sup>. februarii 1629. exequatas in regno die 22. eiusdem anni et litteras exequutoriales datas Panormi die 4<sup>o</sup>. iulii sequentis eiusdem anni presentatas et exequatas in officio Illustrissimi Senatus die 13. iulii 1629, continentes non possint studentes doctorari in omnibus scientiis et facultatibus nisi facta probatione per fidem matricule et per testes et fidem lectorum publicorum copulative sub penis in dictis litteris contentis quatenus comprehendunt studentes de preterito usque ad diem presentationis dictarum litterarum tam illos, qui finierunt totum cursum quam pro parte, et studentes qui alibi studuerunt et in futurum alibi studebunt, et in hanc urbem inde venient ad se doctorandos, et quatenus comprehendunt quod deficiente aliqua lectione cursus omnium scientiarum ob defectum quod cum non sint lectores non possunt doctorari in dittis scientiis defectu fidei, et pro quavis alia causa pro ut in dicto actu allegationis una cum omnibus inde sequentis revocaverunt, et revocant, et ad pristinum statu reduxerunt et reducunt, et pro revocatis, et ad pristinum reductis huic volverunt in iuditiis et extra semper et omni futuro tempore virtute praeinserte interlocutoriae / seu decisionis collegialiter factae pretitulato die unde ad instantiam U.I.D. Don Ioseph Crisafulli Prioris Almi Collegii U.I.DD. Messanae, et pro eo comparente Hyacinto Saccarelli agente et sollicitatore ordinario huius predittae urbis, factus est presens actus suis die loco et tempore valiturus unde etc.

c. 53v

+ ff. El Marques de Santo Floro M.

+ Marius Cariddi

+ Don Franciscus Maria Macri

+ Don Francesco Marquett

*e molto più in basso, al margine inferiore*

ff..... Francesco L. Laxhana /

c. 54r

+

Spett. U.I.D. Don Franciscus Antoninus Costa et Don Reccardus Cirino advocati in causa sunt